




Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/320218>

8

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



8

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHILOS. PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES GERARDUS ALBERTUS BOSCH,

Rheno-Trajectinus;

A. D. XXVIII OCTOBRIS A. MDCCCLI, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD L. E. BOSCH ET FILIUM,

Academiae Typographos.

MDCCCLI

THE HISTORY OF THE

REIGN OF

THE GREAT

CHARLES

THE SECOND

BY

J. H. BURTON

ESQ.

OF

THE

BAR

AT

THE

COURT

OF

THESES.

I.

Maritus qui patitur, scientem uxorem rem suam illi ab extraneo donatam usucapere, hanc vindicare potest, cum sit donatio prohibita.

II.

Jus vindicandi caduca patribus per constitutionem Antonini (Ulp. tit. XVII 2.) ademptum est.

III.

In L. 22 pr. ad municipalem (50 l.) legendum est filii libertorum, libertorumque liberti, paterni et patroni manumissoris domicilium aut originem sequuntur.

IV.

Pater filiam quae dotem amisit iterum dotare non cogitur.

V.

Fidejussor qui accessit obligationi futurae, si moritur ante contractam obligationem, heredes obligatos non relinquit.

VI.

Illi, cui usus rei traditur, ipsa res tradi debet.

VII.

Ususfructus et usus rei immobilis praescriptione adquiri potest.

VIII.

Uxor civitatem retinet licet maritus eam amiserit.

IX.

Venditor rei immobilis praeter dominium etiam possessionem in emptorem transferre debet.

X.

In art. 601 C. M. quod in al. ult. statuitur tamquam regula generalis proponendum fuisset.

XI.

Art. 674 C. M. juris rationi non convenit.

XII.

Minus probandum quod nauta dimissus probare tenetur, se sine justa causa dimissum esse, ut damni resarcitionem possit consequi.

XIII.

Probatio per mercatorios codices etiam ad rem ipsam porrigi debuit.

XIV.

Quod status forocessionis, si concordatum homologatum non est, demum per rehabilitationem finitur minus utiliter constitutum videtur.

XV.

Qui jusjurandum ex persuasione religiosâ noluerit praestare, nullum inde damnum pati debet.

XVI.

Qui delictum futurum non detulit, recte non punitur.

XVII.

Declaratio falsa avariae nec est falsum, nec perjurium.

XVIII.

Qui testes conduxerat, puniendus videtur, licet falsum testimonium secutum non sit.

XIX.

Qui testimonium juramento firmare nequeunt, propter falsum testimonium puniendi non sunt.

XX.

Decimarum praestatio nocet agriculturae.

